

**Spirit Antiqua – Klangvisionen der Hildegard von Bingen  
mit  
Ney-Improvisation**

---

**Programm:**

*Kyrie*

*O quam mirabilis est / Ney-Improvisation*

*O virtus sapientia*

*Ave Maria*

*Caritas abundat in omnia / Ney-Improvisation*

*Ney Solo*

*O victoriosissimi triumphatores*

*O virga ac diadema*

*O viriditas digiti*

*O frondens virga / Ney-Improvisation*

**Ute Kreidler (voc, harp, loop)  
Mehmet Ungan (Ney)**

---

## Liedtexte zum Programm:

Lateinischer Text: Hildegard von Bingen

Übersetzungen: Barbara Stühlmeyer (aus Hildegard von Bingen, Werke, Bd. IV, Lieder)

### Kyrie

*Kyrie, eleison* – Herr, erbarme dich unser.

*Christe, eleison* – Christus, erbarme dich unser.

*Kyrie, eleison* – Herr, erbarme dich unser.

### O quam mirabilis (Antiphon)

*O quam mirabilis est praescientia divini pectoris,  
quae praescivit omnem creaturam.*

*Nam cum Deus inspexit faciem hominis,  
quem formavit, omnia opera sua  
in eadem forma hominis integra aspexit.*

*O quam mirabilis est inspiratio,  
quae hominem sic suscitavit*

O wie wunderbar ist das Vorherwissen des göttlichen Herzens,  
das vorherwusste alle Kreatur.

Denn als Gott das Gesicht des Menschen ansah,  
den er geformt hatte, erblickte er all seine Werke  
heil und ganz in dieser Gestalt des Menschen.

O wie wunderbar ist der Hauch,  
der den Menschen so erweckte.

### O virtus Sapientiae (Antiphon)

*O virtus Sapientiae,  
quae circuiens circuisti  
comprehendendo omnia  
in una via, quae habet vitam,  
tres alas habens,  
quarum una in altum volat,  
et altera de terra sudat,  
et tertia undique volat.  
Laus tibi sit, sicut te decet,  
O Sapientia.*

O Kraft der Weisheit,  
die kreisend alles  
verstehend umgibt  
in einem Weg, der Leben hat,  
drei Flügel habend,  
deren einer in die Höhe fliegt,  
und der andere müht sich auf Erden,  
und der dritte fliegt überall.  
Lob sei dir, wie es dir gebührt,  
o Weisheit.

### **Ave Maria (Responsorium)**

*Ave Maria,  
O auctrix vite,  
reedificando salutem,  
et serpentem contrivisti,  
ad quem se Eva erexit  
erecta cervice  
Hunc conculcasti  
dum de celo Filium Dei genuisti,  
quem inspiravit Spiritus Dei.*

Sei begrüßt, Maria,  
o Urheberin des Lebens,  
wieder aufgebaut hast du das Heil,  
und die Schlange vernichtet,  
zu der Eva sich aufgerichtet hat  
mit gerecktem Hals.  
Zertreten hast du sie,  
als du Gottes Sohn vom Himmel geboren hast,  
den Gottes Geist dir eingehaucht.

### **Caritas abundat (Antiphon)**

*Caritas abundat in omnia,  
de imis excellentissima super sidera.  
Atque amantissima in omnia,  
quia summo Regi  
osculum pacis dedit.*

Die Liebe überflutet alles  
von den Tiefen bis zu den höchsten Sternen.  
Und sie ist voller Liebe zu allen,  
weil sie dem höchsten König  
den Kuss des Friedens gab.

### **O victoriosissimi triumphatores (Antiphon)**

*O victoriosissimi triumphatores  
qui in effusione sanguinis vestri  
salutantes aedificationem Ecclesiae,  
epulantes cum vitulo occiso.  
O quam magnam mercedem habetis,  
quia corpora vestra viventes despexistis,  
imitantes Agnum Dei,  
in qua vos introduxit  
ornantes poenam eius  
in restaurationem haereditatis.*

O siegreichste Überwinder,  
die ihr im Verströmen eures Blutes  
dem Bau der Kirche Heil gebracht,  
ihr tratet ein ins Blut des Lammes,

Mahl haltend mit dem geschlachteten Opfer.  
O welch großen Gewinn habt ihr,  
die ihr eure lebendigen Körper verachtet habt,  
nachahmend das Lamm Gottes,  
ehrend sein Leiden,  
in das ihr eintratet,  
wiedergewinnend das Erbe.

### **O virga ac diadema (Sequenz)**

*O virga ac diadema purpurae Regis,  
quae es in clausura tua sicut lorica,  
Tu frondens floruisti in alia vicissitudine,  
quam Adam omne genus humanum produceret.  
Ave, ave, de tuo ventre alia vita processit,  
qua Adam filios suos denudaverat.*

*O flos, tu non germinasti  
de rore nec de guttis pluviae,  
nec aer desuper te volavit,  
sed divina claritas in nobilissima virga te produxit.*

*O virga, floriditatem tuam Deus in prima die  
creaturae suae praeviderat.*

*Inde concinunt caelestia organa, et miratur  
omnis terra, o laudabilis Maria,  
quia Deus te valde amavit.*

*Et maiorem benedictionem per te protulit  
quam Eva hominibus nocuisset.*

*Unde, o Salvatrix, quae novum lumen humano generi  
protulisti: collige membra Filii tui  
ad caelestem harmoniam.*

O Zweig und Diadem des purpurfarbenen Königs,  
du bist in deiner Abgeschlossenheit wie ein Schutz.  
Dein grünendes Blühen steht in einer anderen Beziehung zu uns,  
als es bei Adam war, als alles Leben aus ihm hervorging.  
Sei gegrüßt, sei gegrüßt,  
aus deinem Leib ging ein anderes Leben hervor –  
Adam hat seine Kinder schutzlos gemacht.

O Blume, du wachst nicht durch den Tau  
und weder Regentropfen noch Nebel sind über dich gekommen,  
sondern die hellstrahlende göttliche Klarheit hat dich  
aus dem edelsten Zweig hervorgehen lassen.

O Zweig, dein Blühen hat Gott am ersten Tag  
seiner Schöpfung vorhergeschaut.

Darum ertönen die himmlischen Instrumente  
und die ganze Erde staunt, o lobwürdige Maria,

weil Gott dich so sehr geliebt hat.

Und du hast größeren Segen gebracht,  
als Eva Schaden den Menschen.

Deshalb, o Retterin,  
die dem menschlichen Geschlecht das neue Licht gebracht hat,  
sammle die, die zu deinem Sohn gehören  
in die himmlische Harmonie.

**O viriditas digiti Dei (Responsorium)  
De Sancto Disibodo**

*O viriditas digiti Dei  
in qua Deus constituit plantationem,  
que in excelso resplendet  
ut statuta columna  
tu gloriosa in preparatione Dei.*

*Et o altitudo montis,  
que numquam dissipaberis  
in discretionem Dei,  
tu tamen stas a longe ut exul,  
sed non est in potestate armati,  
qui te rapiat.*

*Tu gloriosa in preparatione Dei.  
Gloria Patri et Filio et Spiritui Sancto  
Tu gloriosa in preparatione Dei.*

An den Heiligen Disibod

O Lebenskraft des Fingers Gottes,  
mit dem Gott eine Pflanzung setzte,  
die in der Höhe aufleuchtet  
wie eine hoch aufragende Säule.  
Herrlich bist du von Gott bereitet.

Und o Höhe des Berges,  
die in der Prüfung Gottes niemals wanken wird,  
du stehst dennoch seit langem als Fremdling,  
Doch der Bewaffnete hat nicht die Macht,  
dich zu ergreifen.

Herrlich bist du, von Gott bereitet.  
Ehre sei dem Vater und dem Sohn um dem Heiligen Geist.  
Herrlich bist du, von Gott bereitet.

**O frondens virga (Antiphon)**

*O frondens virga,  
in tua nobilitate stans*

*sicut aurora procedit.  
Nunc gaude et laetare  
et nos debiles dignare  
a mala consuetudine liberare,  
atque manum tuam porrige  
ad erigendum nos.*

O grüner Zweig,  
in deinem Adel stehst du,  
so wie die Morgenröte sich erhebt.  
Nun freue dich und juble,  
und würdige uns Schwache  
der Befreiung von der schlechten Gewohnheit,  
und strecke aus deine Hand,  
uns aufzurichten.